THEOLOGISCHE SAMMELHANDSCHRIFT
13. Jh. Seite 141r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26052
Copyright: Admont, Benediktinerstift



emunctoria que in ysaia forcipes nõcupantur. et hec quidem
duo testamenta interpretati sunt quibus peccata purgantur. quoque
inter se sancti spiritum unione sociantur. Extra uelum autem testimonii
quod opansum est candelabrum ardere precipitur. quia ullo ueteris
testamenti uelamine spiritus sancti iam ueritas fulget. Oleum
uero quod de arboribus oliuarum sumendum dominus precepit. eandem gratiam
spiritus sancti ostendit. habentem in se pacem et miam saluato-
ris aduentum. Vnde in cordibus nostris lumen ueritatis accenditur.
Sequitur. Hunc figura tabernaculi quod iubente domino moyses
iubetur fabricare. Tabernaculum hoc per allegoriam ecclesia est in huius
uite heremo constituta. de quo psalmista ait. quoniam abscon-
dit me in tabernaculo suo in die malorum. Variis igitur speciebus ins-
truitur tabernaculum partim preciosis partim uilioribus per quod
monstratur alios sanctos alios esse peccatores in ecclesia. fideles autem
omnes et intra corpus ecclesie constitutos. infideles extra sinum
collocatos. Ipsum tabernaculum cum in typo ecclesie fieret co-
lumpnas eius quatuor fundari argenteas dominus iubet. Colum-
ne iste. quatuor euuangeliste sunt. sancte firmitate fidei
solidati. Argentea enim dicuntur propter diuini eloquii cla-
ritatem. harum columpnarum bases prophete sunt. qui suo
gestamine structuram portant ecclesie. Supra enim fundamen-
ta prophetarum euuangeliste ecclesiam collocant eorumque aucto-
ritate euuangelicam fidem confirmant. Caput autem colump-
narum aurum est ille de quo dicit apostolus quia caput uiri xpc. In-
terimque tabulas deauratas erigi precepit. effundi earum
bases argenteas iubet. Quid enim per tabulas nisi doctores